

Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia
confecti

Plutarchus

Francoforti ad Mœnum, 1592

Interpretis annotationes in Artoxerxem

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

eo arctius Arsamen est amplexus, neque obscurè tulit, omnia se ei credere & liberè communicare. Itaque Ochus nequaquam cunctandum sibi ratus, Harpate Tiribazi F. submisso Arsamen de medio sustulit. Aded tum decrepitu erat Artoxerxes, vt minimo ad mortem videretur indigere momento. itaque allato ei de Arsamis interitu nuncio, sustinere non potuit, sed statim mœröre extinctus est. Vixit annos xciiii. regnavit lxii. iudicatus est clemens esse, & subditorum amans. quam opinionem maxime confirmavit Ochus, crudelitate & paricidiis omnibus superior.

INTERPRETIS ANNOTATIONES, in Artoxerxem.

15

Artoxerxis *at*as bello Peloponnesiaco respondet. Ferè enim eodem tempore regnum occœpit, quo Athenæ sunt à Lyfandro dirutæ. Olympiade nimirum xciiii. quo maxime tempore Veij sunt obfessi primum, & decimo post anno à Camillo expugnati.

20

1 Artoxerxes antè Arficas.] Apud Diodorum Siculum libro decimoquarto, & apud Xenophontem περὶ ἀναβάσεως ἑλπίς, Artaxerxes legitur constanter vt hic per o, post t, Artoxerxes. sed id non multum refert, & per o. etiam in

25

2 Ctesia epitomis legitur, nuper à doctissimo homine Henrico Stephano editis. Quod autè hic nomen regis Arficas legitur, mutare ausus non sum: quanquam in Ctesiana epitoma libri decimnoni ἀρσάκης, Arsaces legatur. hoc autem nomen est, quàm alterū, notius, & regibus Parthorum omnibus fuit commune, vt Ptolemæi Aegyptiorum.

30

2 Omifus.] Amiotus, Romifus: Lapis pauperem vertit. forte aliud vterq; legit, quàm ego. Mithras Persarum deus, Solest Latinis: malui tamen vocem propriam relinquere. Sicut & candyn, vestis regia apud Persas genus, & similia.

3 Ostacem & Oxabem.] Aut hic, aut initio libri hu-

ius mendose sunt nomina posita. Superiora tamē magis proba: quod & alibi habentur ista in Persis nomina.

4 Ad fabulas.] *αἰεὶς τὸ δὲ μὲν ὁδὸς* legitur, nimirum literis transpositis: cum nemo non videat sensum loci requirere *μὲν ὁδὸς*.

5 Regis speculator.] ad verbum est: regis oculus. Qui vult, potest legere Scholiasten Aristophanis in Acharnenses comœdiam, non ita longē ab initio. Diligenter enim, etiam ex Aristorelis libro de republica tertio, rem explicat.

6 Ipsi cadauera.] *αὐτῶν*. Locus est ambiguus & obscurus. 10 Nam neque satis liquet, de Cyrine an regis exercitu perierint, qui hīc numerantur: & quod illud *αὐτῶν* pertineat, non constat. ego ad Ctesiam potius retulerim. Minimē quidem Lapo assentior, qui alterum numerum ad Cyrianos, alterum ad regiones retulit. Diodorus Siculus, de Regis exercitu 15 plures x v. millibus, de Cyri autem circiter tria millia cecidisse refert.

7 Mafabates.] Paulo post legitur *μεσαλάτης*. In reliquis Ctesia (ex eo suspicor Plutarchum hac transcripsisse) *βαγαλάτης* legitur, Bagabates.

8 Pectinis copiam faceret.] Hac ridiculē à Lapo ad deprecationem famis sunt detorta: cum & perspicua sint verba, & eò commemoret Plutarchus, ut Ctesia futilitatem demonstrer. Sed talia multa hīc & alibi Lapus admisit: ut 25 suprà de Care, *τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἀντιποικίλων* verterat, in superiores se efferre, & multa alia.

9 Caryatides.] *καρυατίζειν* genus est saltandi, à Castore & Polluce Lacedæmonis traditum Carius Laconicæ oppido. Vide Lucianum *περὶ ἐὲς χήρας*.

10 Nomine Gigin.] In Ctesianis eclogis est *γίγιν*, 30 Ginge. & avis *γινδακον*, Rhyndace.

11 Gefferant antè bellum Thimbron.] Vide Xenophontem libro tertio rerum Gracarum, & Diodorum Siculum

Siculum lib. 14. & Plutarchum in Agesilao, Probum, & alios.

12 Saltans apud eos Leonidam & Callicratidam] Ita est in Græco, vt verti. Si verba rectè habent, quod non puto, meo arbitrato sensus est, meruisse eum coronam istam adulandis Persis, & se eorum arbitrio accommodando. & videtur illud δεχόμενος alio sensu καὶ ὑπόνοιαν dictum. q.d. ridiculos eum ostendisse priores Spartanos, graues illos & tetricos: quales fuerunt Leonidas, & alij priscei, qui quid-
 10 uis potius fecissent, quàm vt regem barbarum adulati es-
 sent. Leonidam aliquem in Persia egisse, non memini. De Callicratida magnanimitate, ac quàm is iniquè fastum barbaricum tulerit, est apud Xenophontem lib. 1. ἐλλω-
 15 κῶν, & apud nostrum in Lysandro. Mox in Græco ἀνταλ-
 κίδαν vitiose legi pro ἀστοξέξελω iudicabam. nam Antaldi-
 da tribui ξένος & φίλος nomen, quippe ciui, à Spartanis non potuit.

13 Stratores.] Vide quæ de his in Pelopida annotaui, vbi eadem historia adducitur.

20 14 Bellum Ægyptijs.] Describitur tota res eleganter à Diodoro Siculo lib. 25.

15 Rhodogunam Oronti.] In Græco male est ὀροί-
 τη, quod Lapo imposuit. Patet cum aliunde, tum ex Diodo-
 ri 16. & notum est dictum huius Orontis de aulicis, cum gra-
 25 tia regis & soceri excidisset.

16 Oromazem.] ὀρομάζης, seu ὀρόμας (vt ἀρταβάζης & ἀρτάβαζος, & id genus alia) deus est Persarum: is quem nos Solem vocamus. Euidens est hoc cum alijs ex auto-
 ribus, tum ex libro Plutarch. de Iside & Osiride. & quidem
 30 ὥρῳ à sole annus dicebatur: quod non solum Grammatici ὥρῳ. testantur, sed & versus extat Euphorionis de Laodice & Atamante Thesei F.

ἢ οἱ μωώιτον ἢ ἁ τέκε πλομένη ἐνὶ ὥρῳ.

Id propter Lapum annoto, qui cum hoc non animaduertet, perperam ad regem transtulit.

PLVTARCHI ARATVS, GVILIELMO
Xylandro, Augustano, interprete.



NTIQVVM quoddam, Polycrates, prouerbium videtur mihi Chrysippus philosophus, ne eius inuisa plerisque sententia aures offenderentur, non ita vt erat, sed vt commodius ipsi videbatur protulisse:

Anne suum laudet patrem, nisi prospera proles?

Paremia Quem redarguens Dionysodorus Træzenius, verum ad-
explicatio. gium ipse exponit, cuius hic est sensus:

Anne suum laudet patrem, nisi non bona proles?

aitque eorum ora hoc dictorio obturari, qui cum ipsi per se nullius sint precij, maiorum suorum in laudes subrepant, in ijsque prædicandis sint nimij. Enimvero cui generosa indoles à maioribus (vt ait Pindarus) innata est, vt tibi: ei, si ad pulcherimum exemplum domesticorum vitam suam componere instituerit, in felicitatis parte ponendum est, si maiorum suorum, qui virtute alijs antecelluerunt, memoriam colat, & perpetuo aliquid de ijs vel audiat, vel loquatur. non enim propriorum bonorum penuria suam estimationem ab aliorum gloria ille suspendit: sed maiorum suorum virtutibus suas actiones annectens, vt generis, ita etiam vitæ factorumq; suorum autores & duces eos prædicat. Itaq; & ego Arati, cuius tui, & progenitoris, quem neq; gloria tua, neque potentia dedecoras, vitam à me consecratam ad te mitto. non quoddam nesciam, iam pridem omnes tibi eius viri actiones accuratissime cognitæ: sed vt filij tui Polycrates & Pythocles domesticis exemplis innutrientur, ea cum legentes tū audientes, quæ imitari ipsos conuenit. Sui ipsius enim nimium admiratorem, non honestatis studiosum iudico eum, qui seipsum ubiq; optimum ac præstantissimū iudicat. Sicyoniorum ciuitas, cum primum mera illa & Dorica optimorum in repu. dominatio tanquam concinnitate sonorum dissipata, in seditiones & contentiones popularium oratorum incidit, perpetuis tumultibus agitata laborauit, aliumque post alium subinde tyrannum pertulit:

Resp. Sicyo
1140. 1141.